

Mythologia, Padoue, 1616 - 65 : Deux Satires

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 07 : Deux Satires](#) a pour reproduction ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia*Padoue, 1616 - 65 : Deux Satires, 1616

Consulté le 24/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7784>

Copier

Présentation du document

Publication*Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrupaulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

ExemplaireHathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Formatin-4

Paginationp. 249

Exposition virtuelle[La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024





Bacchus Satyris, vites Bacchoq, tuenti

*Arboribus prima hac munera raptā dedit.
Vinea cum triplex produxerit, ecce sacrauit
De primo musto tres simul illa cados.*

Scriptis Pomponius Mela insulas quasdam ultra Atlantem Mauritanie montem fuisse, in quibus per noctem lumina viderentur, cymbalorumque ac tympanorum, & fistularum & tibiarum strepitus audiretur, cum tamen nemo per diem cerneretur: quas insulas Satyri habitare crediti sunt. Sic scriptum fuisse invenimus in eadem navigatione Ammonis ducis Carthagenensium, quam fecit ultra columnas Herculis in Libye partibus, quā reuersus Carthaginem in templo Saturni deposuit, ut scripsit Arrianus: nam præter cetera auditu admirabilia hæc etiam in illa scribebat: *ἄχρι ἡλθόμεν εἰς μέγαν κλάπον, ὃν εὐαίστασι εἰρμύσει καὶ ἡσθαί εἰσπέρου κέρας. ἐν δὲ τούτῳ νῆσος ἦν ἑτέρα, εἰς ἣν ἀποβάλλοντες ἡ μέγας*

μὲν οὐδ' ἐν ἀφωρμῇ, ὅτι μὴ ὕλην. νυκτὸς δὲ πυράτε πολλὰ χαίμενα, καί πορην αὐλῶν ἡ κοῦρα μιν, κυμβάλων τε καὶ τυμπάνων πάταγον καὶ κρουγὴν μυρία ὄρεος ὅν ἐλαβεν ἡμᾶς. Donec ad magnum quendam sinum pervenimus, quem interpretæ Vesperii cornu vocari dixerunt: in quo alia erat insula: in quam egressi, nihil per diem, nisi sylvā videbamus. at per noctem ignes permultos accensos, et vocem fistularum audiebamus, cymbalorumque ac tympanorum incredibilem strepitum, quare nos timor invasit. In his enim locis magna Satyrorum multitudo habitare credebat: Huiusmodi montem cum aliquando mortalibus apparuissent, homines rudes & ad timorem propensi, minime considerantes naturam eandem malignam & diabolam esse non posse, quicquid inoprobabile vel admirabile apparuisset pro Deo habebant: atque cum Satyri per sylvas crederentur vagari, quibus armenta vel greges licent obari, de his

Li nocte-